



Georgius-Franciscus-Xaverius-Maria Grente

Dei gratia et Sanctae Sedis Apostolicae auctoritate
episcopus Cenomanensis

Universis et singulis hasee Nostras Litteras inspecturis notum facimus
atque praesentium tenore testificamur, Nos anno Domini millesimo nongentesimo
tricesimo quarto, die vero mensis septembris secundâ, in Dominicâ decimâ quintâ,
post Pentecosten, devoto Nobis in Christo Reverendo Patri Eugenio Cardine diacono,
Ordinis sancti Benedicti professo, e monasterio sancti Petri de Solesmis,
sufficientibus apud Nos fide dignorum testimoniis de vitae morumque honestate
commendato, aliâs praemisso examine juxtâ sacrosancti Concilii Tridentini
praescriptum, reperto idoneo et rite dimisso, in Ecclesiâ Abbatiali dicti monasterii,
Sacrum Presbyteratus Ordinem

adhibitis necessariis caeremoniis atque solemnitatibus secundum Sanctae
Apostolicae Romanae Ecclesiae ritum, cooperante spiritus sancti gratiâ,
canonice contulisse, in eius fidem hasee per Cancellarium Curiae Nostrae
expeditas, subscripsimus et ab eodem pariter subscribi, sigilloque Nostro
muniri mandavimus. Die, mense et anno quibus supra.



+ Georgius
Episc. Cenomanensis

De Mandato R. R. Episcopi: